Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36879
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



alios quens eis vel eorum alteri videbitur expedire et generaliter ad omnia alia et singula faciendum gerendum et exercendum que in premissis et circa premissa ad premissorum quilibet fuerint opportuna circa si mandatum exigantur speciale et que in certamine penitus actorum et defensorum fieri possint et debent et que ipsemet constituens facere et fieri posset si ipse personaliter esset et circa si moram essent quam in premissis pertinentibus obtinent. Promittens se ratum et gratum habiturum quidquid per dictos procuratores suos et ab eis vel eorum alterum substitutum vel substitutos et quilibet eorum procuratorum vel forsan factum fuerit in premissis vel alicuius premissorum. Promittitque in notarum infra scripto ut persone publice stipulanti hinc vice et nomine dictorum .. et ac omnium quorum interest vel interesse potest iudicio sisti et iudicatum solvi cum omnibus suis clausulis et circumstantiis et dependentibus et cetera. Item eodem

sup cod

nomine dominus amicus ut supra discretus vir .. de Rocha procurator ecclesie sancti Dyonisii .. suorum ecclesie sue nomine fecit constituit et ordinavit suum verum certum procuratorem actoris et defensoris et vicarium speciale dis. vir .. de .. ad agendum et defendendum litem dando et recipiendum expiendum et replicandum lites contestandum in arbitrio sive de calumpnia et iuramento dicendum et cuilibet alterius generis iuramentum prestandum testes iuratos et iuratas et quascumque probationes alias producendum ponendum et articulandum positionibus et articulis adverse partis respondendum crimina et delictum opponendum testes adverse partis iurare videndum in ipsos et eorum dictum dicendum exceptiones cuiuscumque generis proponendum allegandum et concludendum suum seu suos audiendum et si necesse fuerit appellandum et appellationes prosequendum bonorum restitutionem impetrandum et absolutionem impetrandum et ad cautelam totiens quotiens opus fuerit pro parte vel macte petendum et obtinendum alium seu alios procuratores. Et generaliter ad omnia alia et singula facienda